

aquas subterraneas ex terræ cavernis naturali impetu (nulla alia externa causa accedente) confugiat. Attamen Libanum semper nivibus tectum esse dilerte testatur Jeremias xviii, 14. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut avelli possunt aquæ erumpentes frigidae & defluentes?* Ubi Hieronymus, qui eam regionem incoluit, addit: *Quando nix de Libani summitatibus deficere non potest: nec ullo, ut omnis liquecat, solis ardore superatur: fluentesq; de montibus rivus nequaquam siccantur in fontibus: sic nœum nomen, quod per se stabile est atque perpetuum, non poterit immutari.* Non obscure indicare videtur, in Libano semper conspici nives, quæ neque solis ardore omnes colliquescunt. Prætermittimus *Adrishom.* & *Tacit.*, qui nivibus quoque Libanum abundare fatentur. Mirum itaque non est, quod messis tempore istæ solvantur, & in Jordanem confluentes eundem aquarum mole augeant. Idem sentit R. D. Kimchi ad h. l. מלני מנהגו להיות מלני או פירושו כי כן מנהגו להיות מלני ימי הקציר ואמר והירדן היה מלני כמשפטו להיות מלני כל ימי קציר כי בהחר ימי החום יתפשט השלג אשר בהרים וימלאו הנהרות וכן ברברי הימים כשעברו לעזרו: *Vel sensus est, quod hic fluvius soleat plenus esse messis tempore, sicut diceret Scriptura, quod Jordan fuerit plenus secundum consuetudinem omnibus diebus messis, quando enim dies æstivi incipiunt, solvitur nix in montibus, & implentur fluvii.* Inde etiam dicitur, quod plenus fuerit eo tempore, quo Danita mense primo transierunt, ut Davidem juvarent, 1 Par. xii, 15. *Thevenotius* P. l. l. ll. cap. 41. p. 262. Jordanem his verbis descripsit: *Der Fluß Jordan ist ziemlich tief, und ohngefehr halb so breit als die Seyne ist, sehr schnell und überaus trübe vom Wasser, die weil es durch fettes leimigtes Erdreich fließet, jedoch, sagt man, soll es nicht stinckend werden.* Nec dissentire videtur *Petr. Belonius* L. ll. c. LXXXVI. p. 339. *Amnis Jordanis a septentrione in meridiem tendit, non adeo latus, quin puer lapidem in contrariam ripam jacere possit, septem aut octo forte orgiarum latitudinis, alveique non adeo profundi, ut navis per eum vehi possit: In eo peregrini sese abluere solent.* Sed exundationem messis tempore frequentem neuter observavit, quia fortasse in istis regionibus non diu commorati sunt. Parum curamus controversiam, quam *Serarius Quest. V. p. 355.* de messe movit, Quærit ille, utrum mes-